et pulegium ...

5

5a

corpore. Et unguento iunge. Argentum uiuum et cinere filicis cum aceto
et oleo. Et litargirum et argentum uiuum cum aceto et oleo tepefacta. In
frigido corpore [illegible] unguento utere staphisagria. nitro. auripigmento
cum oleo et aceto [illegible] tepefacta. Item elleborum album. staphisagriam. nitrum
cum aceto tepefacta. et caput ungito in balneo. Item auripigmento rubeo caput
iunge cum oleo tepefacto. Similiter aqua [illegible] acetum cum aqua marina occidet
pediculos. Si non habes aquam marinam mitte sal et [illegible] fac.
cum modico mixto aceto. Et si post infirmitatem pediculi nascuntur. fac unguentum
de uico .i. semine otolani. et cotidie unge. et laua cum aqua in qua cocte
sunt rose. et mirte. Aliud tolle folia pini et pista. et de ipso suco
similiter unge. De cephalica.

Dolor capitis ii modis debet considerari. Vere et proprie. Ex aliis membris
sic ex stomacho. Cum sint plenus. in recedunt sit aliunde periculum dubio uenit.
vii. Ga. Si dolor est in capite nulla causa certa extrinsecus ueniente.
humores collecti grauant stomachum. et maxime acuti. Dolor autem in summitate
capitis qui ex regione est stomachi. Cuius in [illegible] fit. Proprie ex capite
uenit. et ex quibus iiii humorum. Si fit ex sanguine. calorem patitur in capite.
grauitatem in fronte. oculorum rubescit uene in tota facie. uene
faciei sunt plene. Urina rubea. et pinguis. et corpus molle. et spiritus mollis.
Si ex colera rubea infra nares nimium habet calorem et longam siccitatem.
uigilie et sitis non desistunt. et maior in dextera parte est dolor. Si ex colera nigra
in sinistra parte erit dolor cum frigdore. uigiliis et grauitate. Si de flegmate
sustinet grauedinem. et ipsi grauem [illegible] querela et dolore in occipicio.
G. in libro institutionum. Nosse oportet caput diuidi in iiii partes.
Sanguis in fronte dominatur. Colera rubea in dextera parte. Flegma in occipi-
cio. Colera nigra in sinistra. In quibus cognoscendis medicus opera dabit. Aliquando
tamen ex calore solis et aeris dolorem capitis. vii. G. in libro de accidentibus
et morbo. Si caput ex aere frigerit. per quedam quasi cataractas
intrat. que frigoris illius est causa. frigus [illegible] compellit corpus.
Si ex calore solis et ex aere. et cerebrum ex toto corpore humores
ad se sic uentosa attrahit per quos in uena membra debilia patiuntur. Pluribus
dolor iste est ex nimio uini potu. et ex capitis occasionibus sic uulnere. apostemate.
et percussione. et casu. Oportet autem intueri etatem. et egrotantis consuetudinem.

Sciendum quod nil conuenit ad pediculos auferendos quam aqua [illegible] et sulfura.